



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

42. Qui praeter ordinarium & delegatum Principis Iudices dare possint? qui dari possint? An quispiam in causa propria Iudex esse possit? quibus modis finiatur Iudicis officiu[m]?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

42. Atque hæc de Judicis officio, pro-
ut est commune Ordinario, & delegato.
Quod reliquum, præter Ordinarium, &
delegatum Principis, dare possunt Judi-
cem, quibus hoc lege, vel Senatusconsul-
to, vel constitutione conceditur. Nomi-
natim Proconsul, & Legatus eius, Præsi-
des Provinciarum, cæteriq; Magistratus
Romæ, *L. cum Prætor. 12. §. 1. ff. de jud: Da-*
bant autem Judicem, vel quod propter
Imperii Majestatem, vel quod propter
negotiorum multitudinem, ipsi non ju-
dicarent, nisi de quibusdam causis extra
ordinem *L. 1. & seq: ff. de extr. cognit: Ve-*
rùm hodie ipsi jubentur judicare nisi ob
publicas occupationes litibus judicandis
superesse non possint. *L. 2. C. de pedan: ludi-*
nov: 13. nov. 98. Duar: ff. de jurisd. cap: 2.

43. Dari possunt omnes, qui non pro-
hibentur. Prohibentur Naturâ, surdus
mutus, perpetuo furiosus, & impubes
Lege verò, qui Senatu motus est, aut gra-
vi crimine notatus. *Moribus: fœminæ &*
servi, cit. L. cum Prætor 12. 39. & 46. ff. de
jud: L. 60. ff. de re judic. L. 1. ff. ad L. Iul: de
priv. Dubitatur de cœco, imperito Juris, de
mino